



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOAN. SLOT. GEF.

cludentes, damnificātes sepe pecunijs,
& omnia contra eos facientes importa-
biliter. Quod ita esse, liber vndecimus
Ecclesi. hist. cap. 3. 4. 5. testatur. Et liber
septimus histo. Trip. capite 29. 30. 31. 32.
33. 38. 39. 40. & liber octauus c. 2. 3. & 7.

CAPVT VI.

Gothi quō
Arriani ef-
festi.
lib. 8. Trip
hist. c. 13.

Nicepho-
rus lib 11.
cap. 48.
Athanari-
cus & Fri-
digernes
inter se pu-
gnant.

PER idem tempus, Gothi quoq; Ar-
riani effecti sunt, hac occasione.
Barbari namque trans Istrum constitu-
ti, qui vocantur Gothi, ciuile bellum
inter se, duabus partibus cōmouerūt,
perque seditionem inter se dissidentes
in duas discessere factiones, quarum al-
terius Athanaricus dux fuit, altera Fri-
digernes auspicia sequuta est. Et pu-
gna inter se commissa acri, Frigidernes
victus, auxiliares à Romanis copias per
legationem petijt. Imperator auxilium
ei ferre, quæ tum ibi erant, copias ius-
sit. Quibus fretus Frigidernes, prælio
rursus cum aduersarijs contendit, eos-
que victor profligauit. Vt autem is gra-
tiam Valēti referret, & pignore aliquo,
se illi modis omnibus syncerè fidū &
amicum fore confirmaret, eandem cū
Im-

DE
Imperato
re, atq; in
eo essent
quod sta
cum exe
mum tra
sam fuiss
sit sequu
lens, opi
rō solam
qui apud
is primu
ab eo di
in Syno
Constan
ne inter
cio esset
cum Ep
nantibu
stantino
dogmat
se ei ex
secturo
in anim
tilitate
quod n

Imperatore de Deo opinionem suscipere, atque in eandem sententiam, qui sub eo essent barbaros adducere statuit. Id quod statim sicuti volebat, confecit. Nam cum exercitu suo vniuerso, ad Arrianismum transit. Atque hanc opinor causam fuisse, cur gens ea omnis Arrij fide sit sequuta, eandem ab initio, quam Valens, opinionem professa. Non hanc verò solam, sed Viphilas quoque accessit, qui apud eos Episcopatum gessit. Nam is primum cum ecclesia catholica, nihil ab eo dissidens communicauit. Et quum in Synodo Constantinopolitana sub Constantio, nulla dum conuentione intercedente, cum Eudoxio & Acacio esset, nihilominus in communione cum Episcopis Nicæam fidem propugnantibus permansit, postea verò Constantinopoli versanti, quum Arriani de dogmate suo differerent, & legationem se ei ex sententia apud imperatorem confecturos esse, si idem cum ipsis sentire in animum induceret, pollicerentur, utilitate ea illectus aut etiam fortasse, quod melius esse, si ita de DEO opinaretur

Viphilas
Gothorū
episcopus

IOANN. SLOT. GEF.

naretur, censeret, cum Arrianis communicauit, & gentem vniuersam ab Ecclesia vniuersali abduxit. Gothi nanque, quòd ipso autore atque duce, ad veriore[m] pietatem se contulissent, & illius beneficio, humaniore mansuetioreque viuendi instituto vterentur, facile admodum ei parebant, & quocunque ille duceret, sequebantur, nihil mali esse, ex animo persuasum habentes, quicquid ille vel diceret vel faceret, omnibusque id adeò æmulari volentibus, in commodum prorsus atque utilitatem, cessurum esse arbitrantur. Quin etiam ingens ille persæpe virtutis suæ ædiderat specimen multis fortiter pro Christiana doctrina prius toleratis periculis, quàm gens ea, quæ tota ex græca superstitione pendeat, ad Christianissimum est conuersa. Primus etiam ipsis literas inuenit, & sacras scripturas eis translatas proposuit. Atque equidem, quamobrem barbari plerique omnes Istrum accolentes. Arrij dogma sequerentur, causa & occasio hæc fuit.

Caput

DE V

PORRO
verum
pietatem
dum Albe
VVandal
sunt eccl
tyrum co
tiniani te
li sub G
deuastar
re Theo
dij filius
ni Aphri
per Gall
venissen
runt, inu
sit res in
tum & q
ne Arria
post qua
Aphrica
qui nul
pertine
dem Ar
sensor